Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



131

in campo. Et dixit ad me: Fili hominis,
leua oculos tuos ad viam aquilonis.
Et leuauit oculos meos ad viam aquilo-
nis: Ecce ab aquilone porta altaris
ydoli zeli in introitu. Et
dixit ad me: Fili hominis: putasne
vides quid isti faciunt: abominatio-
nes magnas quas domus israel fa-
cit hic, ut longe recedant a sanctuario
meo: Et adhuc rursus videbis abho-
minationes maiores. Et introduxit
me ad ostium atrii. Et vidi: Ecce
foramen vnum in pariete. Et dixit ad
me: Fili hominis: fode pariete. Et cum
effodissem pariete: apparuit ostium
vnum. Et dixit ad me: Ingredere et
vide abominationes pessimas
quas isti faciunt hic. Et ingressus
vidi: Ecce omnis similitudo rep-
tilium et animalium abominatio.
et vniuersa ydola domus israel depicta
erant in pariete in circuitu totum:
et LXX viri de seniorib; domus israel.
et yechonias filius saphan stabat
in medio eorum stantium ante picturas:
et vnusquisque habebat thuribulum in ma-
nu sua. et vapor nebule de thure con-
surgebat. Et dixit ad me: Certe
vides fili hominis quid seniores
domus israhel faciunt in tenebris:
vnusquisque in abscondito cubiculi
sui. Dicunt enim: Non videt do-
minus: deliquit dominus terram. Et
dixit dominus ad me: Adhuc con-
uersus videbis abominationes
maiores, quas isti faciunt. Et in-
troduxit me in atrium domus per
ostium porte domus dei qui respi-
ciebat ad aquilonem: Ecce ibi mu-
lieres sedebant plangentes ado-
nidem. Et dixit ad me: Certe vi-
disti fili hominis. Adhuc rursus
videbis abominationes maiores
hijs. Et introduxit me in atrium
domus domini interius: Ecce in ostio
templi domini inter vestibulum et
altare xxv viri dorsa habentes contra
templum domini. et facies ad orien-
tem: et adorabant ad ortum solis.
Et dixit ad me: Certe vidisti fili ho-
minis. Numquid leue est hoc domui
iuda, ut facerent abominationes
istas quas fecerunt hic, quia reple-
tes sunt iniquitate conuersi sunt
ad irritandum me: Ecce ramum
applicant ad nares suas. Ergo et
ego faciam in furore meo: non pe-
cetur oculus meus nec miserebor. Et cum
clamauerint ad aures meas voce
magna non exaudiam eos. IX.

Et clamauit Capitulum.
in auribus meis voce ma-
gna dicens: Ad appropinqua-
uerunt visitationes vrbis: et vnus-
quisque vas interfectionis habet in ma-
nu sua. Et ecce VI viri venebat
de via porte superioris, que respicit
ad aquilonem: et vnicuique vas in-
tritus in manu eius. Vir quoque vnus
in medio eorum vestitus linteis:
et atramentarium scriptoris ad renes ei.
Et ingressi sunt et steterunt iuxta al-
tare ereum: et gloria domini israel as-
sumpta est de cherub, que erat super
eum ad limen domus: et vocauit
virum qui indutus erat linteis, et
atramentarium scriptoris habebat
in lumbis suis. Et dixit dominus
ad eum: Transi per medium ciuita-
tem in medio israel: et signa thau
super frontes virorum gementium et do-
lentium super cunctis abominationib;
que fiunt in medio eius. Et illis
dixit audiente me: Transite per